

Alla prima, che la città di Rimini e le sue terre e le castella rimanessero pure sotto il governo veneziano a quelle stesse condizioni, in cui si trovavano sotto il dominio dei Malatesta.

» alterari non possunt necesse est et sic
» volumus quod servari debeat consuetudo
» hactenus circa dicta dacia observata.

» Ad quantum respondetur, quod con-
» denationes ipse omni jure dominio no-
» tro spectant sicque volumus quod ipsa-
» rum pecunie ad cameram nostram spe-
» ctent et perveniant expendende postea
» in reparatione arcis fortiliciorum et mu-
» rorum illius civitatis nostre.

» Ad quintum respondetur, quod erunt
» sub dominio nostro ad eandem condi-
» tionem circa concessionem et gratias a
» nobis per elapsam illi civitati indultas ad
» quam erant temporibus retroactis sub
» regimine dominorum suorum servatis ta-
» men semper legibus et ordinibus nostris.

» Ad sextum respondetur, nos esse con-
» tentos quod ad illam civitatem nostram
» omnes res et merces conduci possint,
» dummodo non sint vel erunt prohibite
» in futurum per leges nostras, circa nun-
» dinas vero servetur id quod servabatur
» temporibus elapsis sub dominis de Mala-
» testis et demum ex ipsa civitate Arimini
» extrahi possint ad alia loca quelibet res
» et merces exceptis victualibus et aliis re-
» bus similiter prohibitis per leges nostras
» et solutis daciis in civitate nostra Arimi-
» ni et aliis locis nostris per que transitum
» facient.

» Ad septimum respondetur, quod su-
» mus contenti et ita ipsi fidelissime comu-
» nitati nostre concedimus quod extrahere
» possit ex locis nostris maritimis ab insu-
» la nostra Vegle exclusive ultra carros
» mille lignorum ab igne annuatim pro usu
» dicte urbis nostre Arimini per annos
» quinque proximos tantum cum hoc quod

» teneantur habere semper literas fidei re-
» ctoris nostri Arimini de quantitate quam
» extrahere intendunt cum particulari ex-
» pressionem nominis patroni burchi seu na-
» vigii ne fraus comitatur.

» Ad nonum respondetur quod fiat ut
» petitur.

» Ad decimum respondetur, quod vo-
» lumus quod illi qui temporibus preteritis
» solvebantur per dominos de Malatestis
» etiam in futurum per dominum nostrum
» solvantur: illi vero qui solvebantur a co-
» munitate Arimini imposterum etiam ab
» ipsa comunitate solvantur: quantum vero
» ad reparationem et fabricam ipsius civi-
» tatis observetur etiam pro ut hactenus
» fuit observatum.

» Ad undecimum respondetur, quod
» servetur consuetudo que servabatur sub
» dominis de Malatestis.

» Ad duodecimum respondetur, quod
» servetur consuetudo et solvatur id quod
» solitum erat solvi sub dominis de Ma-
» latestis.

» Ad tertium decimum respondetur,
» quod quantum ad statuta consuetudines
» jurisdictiones immunitates privilegia et
» jura ipsius civitatis nostre Arimini ac bo-
» na introitus et proventus debite spectan-
» tes ipsi civitati fiat ut petitur, cum hoc
» quod statuta et ordinaamenta que de ce-
» tero per comunitatem ipsam Arimini non
» teneantur, nec servari debeant nisi ea
» prius cum senatu nostro per nos apro-
» bata et confirmata fuerint. Sumus etiam
» contenti quod elegant consilium suum
» duodecim cum auctoritate eligendi et
» reformandi consilium suum generale,
» quod tamen non excedat numerum cen-